UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Questiones spiritualis [con]uiuij delicias preferentes, super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

D[omi]nica in ramis palmarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70506

Visual Library

angelos hoſpitio ſuſcepit. qbus ꝑfecto ſuſceptis ſic trib⁹ quaſi vno locut⁹ eſt. qꝛ ⁊ ſi in perſonis numer⁹ eſt trinitatis. in natura eſt vnitas diuinitatis. Qđ vo vidit diem aduentus filij in carnē oſtēditur ex trib⁹. Primo qñ dictum eſt ei. In ſemine tuo benedicent oīs gentes terre. Gen. xxvi. Scđo ex iuramēto qđ exegit a ſeruo ſuo heliazar. Nam Gen. xxiiij. ait. Pone manū tuā ſup femur meū ⁊ iura mihi per deum celi ⁊ terre ⁊c. Et quo vt grego. dicit. ſignificabat ꝙ de femore eius ꝓceſſurus erat ſm carnē deus celi. Tertio oſtēdit ꝙ vidit diē xpi qñ in imolatiōe Iſaac ꝑfiguratā cognouit paſſionē xpi ꝓpter qđ loc⁹ ille dict⁹ eſt. deus videt. vt dr Gen. xxij. qꝛ de⁹ fecit videre abrahā occultū xpi miſteriū. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad primā rñdetur. ꝙ viſio ſumit dupliciter. ſcꝫ large pro cognitiōe. ſm qđ dicitur. j. Cor. xiij. Videm⁹ nūc per ſpeculū in enigmate. Alio modo ſtricte. ⁊ ſic dr noticia per demonſtrationē ꝓbata. ſic etiam diſtinguit ɔtra fidē. ſm illđ ad Heb. xj. Fides eſt argumentū nō apparētiū. Viſio aūt capit hic primo modo ꝓut ſcꝫ accipit large pro cognitione. ¶ Ad ſcđam reſpōdetur negādo ɔñam de cognitione fidei. Et ratio eſt. qꝛ vt dicit augu. Videntur ꝑſentia ſed credunt abſentia ꝓpter qđ etiā fides ſimilat auditui. qꝛ de abſentibus eſt. ſicut auditu cognoſcimus que cuꝫ ſint abſentia nobis recitātur. Ad tertiā rñdetur ꝙ auctoritas illa intelligit de viſione corporali quā habebant de xpo diſcipuli ſui bene credit ꝙ inter hos qui deſiderabāt ſic diem xpi videre fuerit abrahā. quia ab ipſo donum redemptionis expectabat.

n dominica ramis palmarum legit paſſio xpi ſm Matth. circa quam poſſunt hec diſputari ¶ Prio. vtrū alius poſſibilis fuerit ⁊ cōuenientior modus liberationis humani generis ꝙ̄ per paſſionē chriſti. ¶ Scđo. vtrum cōueniēter xps tali die voluit cum regali honore intrare hieruſalem.

D primam queſtionem. ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ fuerit alius poſſibilis modus ⁊ cōuenientior. ¶ Primo ſic. Dicitur Luc. j. Non erit impoſſibile apud deum omne verbum: ergo quocūqꝫ alio modo potuiſſet nos liberaſſe. ¶ Secūdo ſic. Dicit auguſtinus. xiij. de trini. Iſtum modum quo nos per me

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diatorem dei ⁊ hominis. hoīem
ieſum xp̄m deus liberare digna
tur aſſerimus bonū ⁊ diuine di⸗
gnitati cōgruū. verū etiam oſtē
damus aliū modū poſſibilē deo
fuiſſe cui⁹ poteſtati cūcta equa⸗
liter ſubiacēt. ¶ Tertio arguit
de cōueniētiori. (iij. ſen. diſ. xx.
q. j. ar. ij. q. ij. ad p̄mū.) Si em̄
xp̄s ſubijſſet mortē naturalē ni
hilominus genus humanū redē
ptum fuiſſet. q2 mortē ſoluiſſet
quā nō debebat. ⁊ hoc fuiſſet ſi⸗
ne omni peccato alicui⁹. ergo vi
detur ꝙ hic modus fuit ꝯueniē
tior. q2 vnūquodqȝ tanto eſt con
ueniētius ꝙ̄to ad ipſuȝ paucio
ra incōueniētia ſequūt. ¶ Quar
to cōuenientiſſimū videt ꝙ ille
qui violent ⁊ iniuſte detinet ali
q̄d ꝑ ſuperioris potentiā ſpolie
tur. ſed diabol⁹ nullū ius in ho⸗
mine habebat quē per fraudem
deceperat. ⁊ per quādā violētiā
ſeruituti ſubiectum detinebat.
ergo videtur cōuenientiſſimuȝ
fuiſſe ꝙ xp̄s diabolum per ſolā
potētiā ſpoliaret abſqȝ ſua paſ⸗
ſione. In oppoſitum eſt euange
lium preſens. in quo dicit mat⸗
thei. xxvj. Pater ſi non poteſt
tranſire calix iſte niſi bibam il⸗
lam. fiat voluntas tua. Super
quod verbum tractans anſelm⁹
libro. Cur deus homo. dicit. Nō
voluit tranſire calicez niſi bibe
rit. non quia mortē vitare nequi
uerit. ſed quia aliter mūdus ſal
uari non poſſet. ergo videtur ꝙ
alius modus nō fuerit poſſibi⸗
lis. ¶ Secūdo ſic. dicit auguſti
nus in. xiij. de trini. Sanāde no
ſtre miſerie cōuenientior alius
modus non fuit ꝙ̄ per xp̄i paſ⸗
ſionem. ¶ Reſpōdeo dicendum
(vt habet. iij. par. q. xvj. ar. ij.)
circa poſſibilitatē ꝙ aliquid di
citur poſſibile vel impoſſibile
dupliciter. Uno modo ſimplici
ter ⁊ abſolute. Alio mō ex ſup
poſitione. Qua diuiſione poſita
ſit iſta prima cōcluſio. Simpli
citer ⁊ abſolute loquendo poſſi
bile fuit deo. alio mō hominem
liberare ꝙ̄ per paſſionem xp̄i.
quia vt dictuȝ eſt. non eſt impoſ
ſibile apud deum omne verbū.
Luc. j. Secunda cōncluſio. Lo
quēdo de poſſibili ex aliqua ſup
poſitione facta. non eſt poſſibi
lis alius modus liberatiōis hu
mani generis ꝙ̄ per paſſionem
xp̄i. Iſta concluſio patet primo
quia eſt impoſſibile preſcientia
dei falli ⁊ eius voluntatē ſeu d
ſpoſitionē caſſari. ſed preſciē
dei ⁊ voluntas dei fuit ꝙ genꝰ
humanū hoc modo liberaretur
ergo facta hac ſuppoſitiōe fu
impoſſibilis alius modus libe
rationis. Secūdo ſic. fidei n
poteſt ſubeſſe falſum. ſed an
qui patres crediderūt xp̄m pa
ſurum. ergo nō potuit eſſe q
pateretur. Circa conuenientia
iſtius modi ſit iſta concluſio
tia. Ex parte noſtra cōueniē
modus eſſe nō potuit ꝙ̄ per pa
ſionem chriſti. ſed reſponde
aufertur potentia quin pot

ſet alium cōuenientiorem modum cuius potētia limitata nō eſt. ſed hoc eſſet ſm̄ alium ordinem rebus impoſitum. Iſta concluſio ſic declaratur. (vbi ſupra arti. iij.) Tanto aliquis modus conuenientior eſt ad conſequendum finem, quāto per ipſum plura concurrunt que ſunt expediētia fini. per hoc autem ꝙ homo per paſſionem xp̄i eſt liberatus multa concurrūt ad ſalutem hominis pertinentia preter liberationem a peccato. Primo enim per hoc homo cognoſcit quātum deus diligit hominē. ⁊ per hoc prouocatur ad eum diligendū in quo perfectio humane ſalutis conſiſtit. Unde apoſtolus dicit ad Rom̄. v. Cōmendat deus caritatem in nobis quoniā cum peccatores eſſem⁹ chriſtus pro nobis mortuus eſt. Secundo. quia per hoc dedit nobis exemplum obedientie humilitatis. conſtantie. iuſticie. ⁊ ceterarum virtutum in paſſione xp̄i oſtenſaruꝫ. que ſunt neceſſarie ad humanam ſalutem. Unde dicitur j. petri. ij. Chriſt⁹ paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia ei⁹. Tertio. quia hoc ad maiorem dignitatem ceſſit. vt ſicut homo victus fuerat ⁊ deceptus a diabolo. ita etiam homo eſſet qui diabolum vinceret. ⁊ ſicut homo mortē meruit. ita homo moriendo mortem ſuperaret. vt patet. j. Cor. xv. Deo gratias qui nobis dedit victoriā per ieſum xp̄m. Et ideo ꝯuenietius fuit vt per paſſionē xp̄i liberaremur q̄ per ſolam voluntateꝫ dei. ¶ Ad rationes in oppoſitū. ¶ Ad p̄mā ⁊ ſcd̄am reſpōdetur. ꝙ loquūtur de poſſibili ſimpliciter ⁊ abſolute. Hoc enī modo ali⁹ mod⁹ fuit poſſibilis. ¶ Ad tertiā reſpōdet duplíciter. Primo negando conſequentiā. ⁊ ratio eſt. quia xp̄s pro omnibus peccatis q̄tuꝫ ad ſufficientiaꝫ debuit ſatiſfacere non ſolū pro originali ſed etiam pro actuali. pro quo infligit violenta mors. ⁊ ideo vt ſua ſatiſfactio vtrūq̧ peccatū comprehenderet. decens fuit vt morte turpiſſima. q̄tum ad genus mortis moreretur. vt ſic non ſolum ſub angelis deſcenderet per mortē. ſed etiam ſub hominib⁹ per genus mortis q̄tum ad accerbitatem ⁊ turpitudinē. nec peccatū aliorum aliquid de cōueniētia ſatiſfactionis adimit. q꜡ ſatiſfactio non eſt ex parte infligentiū paſſionē. ſed ex parte patientis. Secūdo reſpōdetur. etiam negādo ꝯñam. ⁊ ratio eſt ſanc. tho. vbi ſupra. ad ſcd̄m. q꜡ ſicut dicit chriſo. Xp̄s nō ſui mortē quā nō habebat cū ſit vita ſed hois mortem venerat ꝯſumptur⁹. Un̄ nō ꝓpria morte corpus depoſuit. ſed ab hoibus illatam ſuſtinuit. ſi etiam egrotaſſet corpus ei⁹ ⁊ in ꝯſpectu oim̄ ſolueret̄. incōueniēs erat eū q̄ alioꝝ lāguores ſanaret habere ꝓpꝛiū corp⁹ affectū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

langoꝛib⁹.etiā ſi abſq̃ alio moꝛ
bo ſeoꝛſum alicubi coꝛp⁹ depo-
ſuiſſet;ac deinde ſe offerret ⁊ nō
crederet ei de reſurrectione diſ
ſerēti quomodo eñ pateret xp̄i
in moꝛte victoꝛia niſi coꝛā oib⁹
eā;patiēs p interruptionez tp̄is
ꝓbaſſet extinctā. ¶ Ad quartaz
rñdet.negādo ꝯſeq̄ntiā. Et ra-
tio eſt. q: lȝ diabolus iniuſte in-
uaſerit hoīem.tñ homo ꝑ pecca
tum iuſte erat ſub ſeruitute dia
boli derelict⁹ a deo. ⁊ ideo con-
ueniēs fuit vt ꝑ iuſticiā homo a
ſeruitute diaboli liberaret xp̄o
ſatiſfaciēte ꝓ ipſo per ſuā paſ-
ſionem. Fuit etiam hoc conue-
niens ad vincendā ſupbiā diabo
li q̄ eſt deſtructoꝛ iuſticie.⁊ ama
toꝛ peccati. vt xp̄s vinceret ⁊ ho
minen liberaret. non per ſolum
potentiam diuinitatis. ſed etiā
per iuſticiam et humilitatē paſ-
ſiōis. vt aug. dicit.xiiij. de trini.

D ſecun
dam queſtio-
nem. ſic ꝓce-
ditur. Et vide
tur ꝙ nō fuit
cōueniens ꝙ
chꝛiſtus itra-
ret nunc hieruſalem cuȝ regali
honoꝛe. ¶ Primo ſic. Legimus
Jobis.vj.ꝙ chꝛiſt⁹ fugit in mō
tem quādo vidit ꝙ homines illi
quos de quinq̃ panibus et duo
bus piſcibus ſatiauerat ventu-
ri erant vt facerent eum regem
ergo videtur ꝙ inconuenienter
nunc a turbis honoꝛez regalem
ſibi impendi permiſit. ¶ Scdo
ſic. Conuerſatio xp̄i debuit eſſe
vnifoꝛmis. ſȝ alijs vicibus qui
bus.intrauit hieruſalem non in
trauit hoc modo ſed per pedes.
⁊ ſine turbarum laudibus.⁊ cuȝ
ramis.ergo videtur ꝙ nunc non
conuenienter intrauit. ¶ In op
poſitum eſt euāgeliū p̄ns. ¶ Ri
deo dicendum ſub iſta cōcluſio
ne.ꝙ conuenientiſſime chꝛiſtus
intrauit nunc hieruſalē illo mo
do qui deſcribitur in euāgelio.
Que concluſio oſtenditur in ſin
gulis circunſtantijs aduent⁹ ſui
in hieruſalem. Primo quidem
dicitur. Cuȝ appropinquaret ie
ſus hieroſolymis. Convenien
enim fuit ꝙ chꝛiſtus paſſurus
propinquare voluit loco paſſio
nis. vt per hoc clareſceret ꝙ n
inuitus ſed ſponte pateret. ſ
illud Yſaie.liij. Oblatus eſt
ipſe voluit. Scdo. vt dicit b
Ante q̄nq̃ dies paſce venire
luit. ſicut ex iohannis euāgel
didicimus. vt per hoc etiā oſte
deret ſe eſſe agnum immacu
tum.que tolleret peccata mu
Agnus quippe paſcalis cu
immolatione populus iſrael
ab egiptiaca ſeruitute libera
Ante quinq̃ dies paſce.id e
decima die menſis pꝛimi iu
batur tolli. xiiij.autem luna
veſperum iuſſus eſt immola
ſignificans euȝ qui nos ſuo ſa
guine redempturus ante qui
dies paſce. i. hodierno die

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gno precedentium.ſequentiũq;
populorũ gaudio ⁊ laudatione
deductus venit in templum dei.
Tertio vt idem dicit beda.ſic a
turbis rex appellari voluit. vt p
hoc eruditus quiſq; cognoſce-
ret ipſum eſſe regem quē ſic pro
phetia venturũ olim premiſſa ſi
gnificauerat Zach.ix.dicēs.Di
cite filie ſyon.i.hieruſalē.ecce
rex tuus venit tibi manſuetus.
ſedens ſuper aſinā.⁊ pullũ filiũ
ſubiugalis. Ubi dicit albertus
magnus.Xp̄s deſcribit ab octo
Primo.ab euidētia veniētis cũ
dicitur.Ecce.Yſaie.xl. Uidebit
oīs caro ſalutare dei.Scđo a di
gnitate poteſtatꝫ.ibi.Rex. Yſa.
xxxiij.Dñs legifer noſter deꝰ rex
noſter.Tertio.ↄnaturalitate ho
minis.ibi.Tuus.q꜡ cōnaturali-
tatem habuit cũ iudeis p huma
nitatē aſſumptā.Yſa.ix.Paruu
lus natus eſt nobis.Quarto ap-
propinquatiōe amoris.ibi.Ue-
nit. ꝓuerb.viij. Delicie mee ſo-
lent eſſe cum filijs hoīm. Quin-
to ab vtilitate operis redēptio-
nis.cum dicit.Tibi.i.ad vtilita
tem tuam.Sexto ab optimo ha
bitu cordis.cum dicit.Mãſue-
tus.Mat.xj.Diſcite a me quia
mitis ſum ⁊c̄.Septimo a quie-
te regiminis.cum dꝛ. Sedens.
Quies regiminis in quo nō re-
gnauerat cōcupiſcētia ſed reſi-
det trãquilla ſapiētia.Yſa. xvj.
Preparabit in miſericordia ſo
lium eius ⁊c̄. Octauo ab humi-
litate cōuerſationis ⁊ a ſimpli-

citate ſubiectionis.cum dicit
Super aſinā. Ecce humilitas.
Et pullũ filiũ ſubiugalis. Ecce
ſimplicitas ſine duplicitate fa-
ſtus ſeculi. Hoc aũt nō ſic intel-
ligendũ eſt ꝙ ſederit ſuper vtrũ
q; ſimul ſed ſucceſſiue.q꜡ primo
ſedit ſuper pullũ.qui tñ nō erat
domitꝰ.q꜡ adhuc nō erat appli-
catus humanis vſibus.vt habet
Marci.xj.et Luc.xix.Ideo ſe-
dit poſtea ſup aſinā.hoc aũt fa-
ctum eſt in figura.q꜡ per pullũ
ſignificabat populꝰ gētilis qui
nō fuerat ſubiectꝰ iugo legis.p
aſinā vo ppl's iudaicus q̄ labora
uerat ſub lege.Ad hoc veniebat
aũt xp̄s vt vtrũq; populũ ſubiu-
garet ſibi per fidē catholicā. Et
ſic xp̄s impleuit hoc qđ celebri
fama diuulgatũ erat.Zach.ix.ꝙ
vēturꝰ eſſet in hieruſalē in pau-
pertate ⁊ humilitate.ſedēs ſup
aſinā ⁊ pullũ eius.vt dictũ eſt.q꜡
vo ſimiliter ꝓphetatũ erat per
zachariā ꝙ in aduētu xp̄i in hie
ruſalē ſup aſinā ⁊ pullũ ciuitas
hieroſolyma exultaret ⁊ letare-
tur. Hoc adimpletũ eſt.⁊ hoc in
tribus. Primo.q꜡ dicit ꝙ pluri-
ma turba ſtrauerũt veſtimenta
ſua in via.⁊ hoc fuit i ſignũ exul
tationis ⁊ honoris.⁊ ne aſina et
pullꝰ offenderēt pedes ſuos ad
lapides. Scđo in eo qđ dicitur
Alij ſcindebãt ramos de arbori
bus ⁊c̄.viriditas ramoꝝ erat ſi-
gnũ leticie ⁊ exultationis. Ter
tio in eo qđ dicit.ꝙ clamabant
dicētes. Oſanna.i.ſalua nos ob

ſecro ſalute celeſti. et ſic omnia conuenientiſſime ſunt impleta. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur. negando cōſequentiā. Aliud enim eſt ſumere ab hominibus dignitatem regiam quod non conueniebat chriſto qui erat omnis terre deus ⁊ rex regum. ⁊ princeps regum terre. Aliud eſt suſcipere honorem ſibi debitum ⁊ a prophetis denunciatuz. ¶ Ad ſecundam reſpondetur. negando conſequentiam. et ratio eſt. quia honor erat ꝓphetatus exhiberi ex illo tempore ⁊ nō alio. et ideo voluit tunc et non ante nec propter hoc fuit varietas facta aliqua in eius conuerſatione ſicut nunc in rege qui in primo ingreſſu ciuitatis ſuſcipitur cum honore aliquo cum quo nō ſuſcipitur alijs vicibus quibus ingreditur.

Eria ſecūda legit͛ euangelium. Ante ſex dies ⁊c. Joh. xij. Circa quod poſſunt h̄ diſputari. ¶ Primo. vtrum cōueniēs fuit vt xp̄s ſuper caput ſuuz vnguentū tanti precij ſuper infundi permitteret. ¶ Scdo. vtrum xp̄s loculos cū pecunia ſecum portari ꝑmiſerāt. ¶ Tertio. vtrum cōueniēter loculos pecunie portandos iude cōmiſerit.

D primaz ſic procedit͛. Et videtur ꝙ non fuit cōueniens ꝙ chriſtus vnguentum tanti precij ſup caput ſuuz ſupfundi ꝑmitteret. ¶ Primo. qꝛ hoc ad laſciuiā quandā ſpectare videtur. ¶ Scdo. qꝛ viſum eſt oībus diſcipulis incōueniēs. Vn aiunt. Ut quid ꝑditio hec. Potuit enim venūdari ⁊ dare pauperibus. ¶ Tertio ſic. hoc enim nō videt͛ cōuenire doctrine quā xp̄s docuit. in qua cōmēdat miſericordiā maxime. ¶ Jn oppoſitum eſt euāgeliū p̄ſens. ¶ Reſpondeo dicēdum. ꝙ ꝯueniēter xp̄s permiſit ſup caput ſuū ſupfundi ꝑdictū vnguētū. Unguentuz aūt dicit͛ hic liquor p̄cioſus de re aromatica expreſſus. ſicut aqua roſeacea exp̄mit͛ ex roſis. Jſta cōcluſio ptz ex duob⁹. Primo ex cōmēdatiōe operis facti. Unde xp̄s in excuſatione facti quā fecit. dicit. q̄d moleſti eſtis huic mulieri. quaſi diceret. ſine cauſa. Bonū em̄ opus opata eſt in me. Nam paupes ſemp habetis vobiſcū: quaſi diceret. Semper poteſtis recupare ad faciendum illis elemoſinā. me aūt nō ſemper habebitis viſibiliter vobiſcum ꝯuerſantē. Ecce ꝙ dicit bonuz opus id fuiſſe. Scdo ptz

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN